



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum

Nicolaus <Eymericus>

Venetiis, 1607

Innocentivs IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13589

etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione ecclesie persistentis edita contra hereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta & bulla nostra munita transmittimus, conscribi in statutarijs suis, eaque irrefragabiliter obseruari faciant, & obseruent. Si vero nolitis in hoc, immo potius apostolicis acquiescere monitis non curauerint, ipsos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota cogatis: quod si duo ex vobis his non interfuerint, vnus ea nihilo minus exequatur. Datum Perusij, 2 Idus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

Idem in summo
et inq. consilio
et inq. p. p.

INNOCENTIVS III

Præcipit magistratibus secularibus, vt leges, & qualibet statuta contra hereticos, & eorum complices edita, & conscribant in suis statutarijs, & obseruent, ac faciant obseruari: ad quod possunt compelli ab Inquisitoribus per censuram ecclesiasticam.

Edita anno Do
mini 1232.

Ex Archiui
Inquisitionis
Bononiensis.

vide super Di
rectorio 3. par
g. 16.

Innoentius seruis seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus, consilijs & communitatibus ciuitatum, castro-
rum, & quorumlibet aliorum locorum Lombardie, Marchie Teruisinae, ac Romaniolae, Salutem & Apostolicam benedictionem.
ORThodoxæ fidei commissum dilectis filijs priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hereticae prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola negotium ipsorum proficere ministerio cupientes, & considerantes attente, quod iurisdic-
tio eorum quo fuerit plenior in hac parte, eo magis esse poterit fructuosa. Volumus, & nostris sibi damus litteris in mandatis, vt vos monere proeurent, ac inducere diligenter, vt statuta ipsorum, & alia ecclesiastica & secularia, & constitutiones etiam quondam Federici Romanorum Imperatoris, tunc in deuotione ecclesie persistentis, edita contra hereticos, fautores, receptatores, & defensores eorum, quæ conscripta, & bulla nostra munita transmittimus conscribi in statutarijs vestris, eaque obseruetis, & faciatis irrefragabiliter obseruari: nos enim eisdem Priori & fratribus, litteris nostris iniungimus, vt si eorum, immo potius Apostolicis, acquiescere monitis non curaueritis in hac parte, vos ad id per censuram ecclesiasticam, appellatione remota compellant. Datum Perusij v. Kalen Maij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIVS III

Constitutiones Innocentij iij, contra hereticos, & eorum complices, quas magistratus seculares, eorumque officiales debent obseruare.

Edita anno Do
mini 1235.

Ex Archiui
Inquisitionis
Bononiensis.

† Eisdem confirmauit
Clemens iij. per
bullam, ad ex-
tirpanda, cum
quibusdam de
clarationibus
& modificatio-
nibus, quæ ha-
bet infra.
Confirmant
item idē Inno-
centius in bulla
Volentes. Alex.
iij. in bulla. Cū
auctoritate quam
habet infra.
† Idem in alijs
locis favore fi-
dei, cum eadē
sententia, glo in
Authen. cassi.
de sacros. ecol.
c. 1. in fine.

Innoentius seruis seruorum Dei, dilectis filijs potestatibus siue rectoribus, consilijs, & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum per Lombardiam, Romaniolam, & Marchiam Teruisanam constitutis, Salutem & Apostolicam benedictionem.
Ad extirpanda de medio populi Christiani hereticae prauitatis vitia, quæ abundantius solito succreuerunt, superseminante illa licentia his diebus hominis mimico, tanto studio sus iuxta commissam vobis sollicitudinem insidare proponimus, quanto perniciosis negligere eadem in necem catholici seminis periculi. Volentes autem, vt aduersus huiusmodi nequitia operarios confurgant, stentque nobiscum ecclesie filij, ac orthodoxæ fidei zelatores, constitutiones, & quasdam ad extirpationem hereticæ pestis edidimus, & vobis vt fidelibus eiusdem fidei defensoribus exacta diligentia obseruandas: quæ seriatim inferius continentur. Quocirca vniuersitati vestre per Apostolica scripta mandamus, quatenus singuli constitutiones easdem conscribi in vestris capitularibus facientes, nullis inde temporibus abolendas, secundum eas contra omnem heresim, se aduersus hanc sanctam ecclesiam extollentem sine omissione aliqua procedatis: alioquin dilectis filijs Priori prouinciali, & fratribus Inquisitoribus hereticæ prauitatis ordinis Prædicatorum in Lombardia, Marchia Teruisana, & Romaniola, damus nostris litteris in mandatis, vt singulos vestrum ad id per excommunicationem in personas, & interdictum in terram appellatione remota compellant.

Constitutiones autem sunt hæc:
Statuimus, vt potestas seu rector, qui ciuitati præest, vel loco alij ad præsens, aut pro tempore præfuerit in futurum in Lombardia, Romaniola, vel Marchia Teruisana, iuret præfise & sine renore aliquo attendere inuolabiliter, & seruare, & facere ab omnibus obseruari toto tempore sui regiminis, in ciuitate vel loco sui regiminis, quam in terris suæ ditioni subiectis, oēs & singulas tam infrascriptas, quam alias constitutiones, & leges tam canonicas, quam ciuiles editas contra hereticam prauitatem, & super his præfise obseruandis, recipient a quibuslibet sibi in potestaria, vel regimine succedentibus iuramenta: quæ qui præfise noluerint, pro potestatibus, vel rectoribus nullatenus habeantur. Et quæ ut potestates, vel rectores fecerint, nullam penitus habeant firmitatem. Nec vllus teneatur aut debeat sequi eos, etiam si de sequela præstanda eis exhibuerit iuramentum: Quod si potestas vel rector aliquis hæc omnia, & singula seruare noluerint, vel neglexerit, præter notam pernicij,

A periturus, & perpetua iacturam infamiae ducaturum marcharum poenam incurrat, quæ irremissibiliter exigantur ab eo, & in vitilitatem communis integra conuertantur, & nihilominus, ut periurus, & infamis, & tanquam hæreticorum fautor, de se suspectus officio, & honore sui regiminis spoliatur: nec ulterius potestas seu rector in aliquo habeatur, aut de cætero ad aliquam dignitatem, vel officium publicum assumatur.

Idem quoque potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis, vel loci in principio sui regiminis, in publica concione more solito congregata, banno ciuitatis uel loci supponat tanquam pro maledicio, omnes hæreticos vtriusque sexus quocumque nomine censeantur, & teneatur bannum huiusmodi a suis prædecessoribus positum confirmare. Præcipuè tamen quod nullus hæreticus, uel hæretica, de cætero habitet vel moretur, aut subsistat in ciuitate seu aliquo loco iurisdictionis, aut districtus eiusdem: & quicumque ipsum uel ipsam inuenierit, liberè capiat, & capere possit impunè, & omnes res ipsius vel ipsorum eis licenter auferre, quæ sint auferentium pleno iure: nisi auferentes huiusmodi sint in officio constituti.

Præcipiantur

B Idem quoque potestas seu rector infra tertium diem post introitum regiminis sui duodecim viros probos, & catholicos, & duos notarios, & duos seruitores, vel quotquot fuerint necessarii, instituire teneatur, quos diæcesanus si præsens extiterit, & interesse uoluerit, & duo fratres Prædicatores, & duo Minores ad hoc a suis Prioribus, si conuentus ibi fuerint eorundem ordinum deputati, duxerint eligendos. Instituti autem huiusmodi, & electi possint, & debeant hæreticos, & hæreticas capere, & eorum bona illis auferre, & facere auferri per alios, & procurare hæc tam in ciuitate quàm in tota eius iurisdictione atque districtu plenariè adimpleri, & eos ducere, & duci facere in potestatem diæcesani vel Vicariorum eiusdem.

Hoc tæperat Alex. iij. p. bul lam, Exortis quam habes infra.

Teneatur autem potestas seu rector quilibet in expensis communis, cui præstare faciendæ duci eosdem hæreticos ita captos quocumque diæcesanus, vel eius Vicarij in iurisdictione uel districtu diæcesani episcopi seu ciuitatis vel loci uoluerit illos duci.

Officialibus vero prædictis plena fides de his omnibus habeatur, quæ ad eorum officium pertinet, ne osculentur sine aliquo specialiter præstito iuramento, probatione aliqua in contrarium non admittantur, ubi duo uel tres uel plures præsentis fuerint ex eisdem.

Officiales iuret omnia exequi fideliter.

C Porro cum officiales huiusmodi eliguntur, iurent hæc omnia exequi fideliter, & pro posse, ac super his semper meram dicere veritatem, quibus ab omnibus, in his quæ ad officium eorum pertinent, plenius pareatur, & tam dicti duodecim quàm seruitores, & notarij prætaxati simul vel diuisim plenariè præcipiendi sub poena, & banno, quæ ad officium suum pertinent, habeant potestatem.

Potestas autem uel rector teneatur habere firmam, & rata omnia præcepta: quæ occasione officij sui fecerint, & poenas exigere non seruantium.

Officialis inquisitionis tenentur indemnes.

Quod si dictis officialibus aliquo tempore aliquod damnum contigerit in personis, vel rebus, propter officij exequendis, à communi ciuitatis vel loci, per restitutionem plenariam seruentur indemnes: nec ipsi officiales, vel eorum hæredes possint aliquo tempore conueniri de his quæ fecerint, vel pertinent ad eorum officium, nisi secundum quod eidem diæcesano, & fratribus uidebitur expedire. Quorum autem officium duret tantummodo per sex menses, quibus completis potestas teneatur totidem subrogare officiales secundum formam præscriptam, qui prædictum officium secundum formam eandem, in alijs sex mensibus sequentibus exequatur.

Officialibus unde satisfieri debeat.

Sane ipsi officialibus dentur de camera communis ciuitatis, vel loci quando exeunt ciuitatem, aut locum pro hoc officio exequendo, vnicuique pro qualibet die decem, & octo imperiales in pecunia numerata, quos potestas vel rector teneatur eis dare, vel dari facere, infra diem tertium postquam ad eandem redierint ciuitatem uel locum, & in super habeant tertiam partem bonorum hæreticorum quæ occupauerunt, & multarum ad quas fuerunt condemnati, secundum quod inferus continetur, & hoc salario sint contenti. Sed ad nullum aliud, quod istud officium impediatur, uel impedire possit villo modo officium, vel etiam exercitium compellantur. Nullum etiam statutum conditum, vel condendum, eorum officium villo modo ualeat impedire. Et si quis horum officialium propter ineptitudinem vel inertiam, vel occupationem aliquam, vel excessum diæcesano, & fratribus prædictis iniustus fuerit amouendus, ipsum ad mandatum uel dictum eorum teneatur amouere potestas, aut rector, & alium secundum formam præscriptam substituere loco eius.

Quia vtrique uel multa officia simul exercens, nulli bene peragit. L. mo. C. de assessoribus.

Quod si quis eorum contra fidem, & sinceritatem officij sui, in fauorem hæresis deprehensus fuerit excessisse, præter notam infamiae perpetuæ, quam tanquam fautor hæreticorum incurrat, per potestatem, vel rectorem ad diæcesani loci, & dictorum fratrum arbitrium puniatur.

Officialis delinquentes qualiter puniend.

Potestas præterea militem suum, vel alium assessorem, si diæcesanus uel eius Vicarius, aut Inquisitores à sede Apostolica deputati, seu dicti officiales petuerint, eum ipsi officialibus mittere teneatur, & cum ipsis eorum officium fideliter exercere.

Omnes prædicti officialibus seruand.

Quilibet etiam si præsens in terra uel requisitus fuerit, teneatur tam in ciuitate quàm in iurisdictione uel districtu quolibet, dare ipsis officialibus, vel eorum socijs consilium, & iuuantiam, quando uoluerint hæreticum, uel hæreticam capere, vel spoliare, aut inquirere: seu domum, uel locum, aut aliam aliquam in parte pro hæreticis capiendis, sub uiginti quinque librarum imperialium poena, vel banno.

Vniuersitas autem Burgi, sub poena & banno librarum centum; villa vero librarum quinquaginta imperialium pro qualibet vice soluenda in pecunia numerata.

Pœna prohibētis ne capiantur tur hœretici.

Quicumque autem hœreticum vel hœreticam, captum vel captam auferre de manibus capientium vel capientis ausus fuerit, vel defendere ne capiatur, & inquiratur ibidem, iuxta legem Paduæ promulgatam per Fredericum tunc Imperatorem, publicatis bonis omnibus in perpetuum relegetur, & domus illa a qua prohibiti fuerint, sine spe reedificandi funditus destruat, & bona quæ ibi reperta fuerint, fiant capientium, ac si hœretici fuissent ibidem inuenti; & tunc propter hanc prohibitionem, vel impeditiōem specialem burgi componat communi librarum ducentarum, & villa librarum centum, & viciniam tam burgi quam ciuitatis librarum quinquaginta imperialium, nisi infra tertium diem, ipsos defensores vel defensorem hœreticorum potestati captos duxerint personaliter presentandos.

Magistratus cui studiant hœretici eos captos ubi voluerit Episcopus, & Inquisitor.

Teneatur insuper potestas seu rector quilibet omnes hœreticos, vel hœreticas, qui capti a modo fuerint, per viros catholicos ad hoc electos à diœcesano, si fuerit præsens, & fratribus supradictis in aliquo speciali carcere tuto & securo, in quo ipsi soli detineantur, seorsum à latronibus & bannitis, donec de ipsis fuerit definitum, sub expensis communis ciuitatis vel loci sui facere custodiri.

Si quandoque aliqui vel aliqua non hœretici pro captis hœreticis, ipsis non contradicentibus fuerint assignati, vel se forsitan assignauerint, prædicti suppositi perpetuo carceri mancipentur, & hœretici nihilominus redire, & assignari cogantur; & qui hunc dolum fecerint, iuxta legem prædictam bonis omnibus publicatis in perpetuum religentur.

† Ita in archetypo, sed religentur, legendum ex aliis.

Teneatur insuper potestas, vel rector quilibet cum bono, & securo comitatu omnes hœreticos, & hœreticas, quocumque nomine censeantur, infra quindecim dies postquam fuerint capti diœcesano, vel eius speciali Vicario, seu hœreticorum Inquisitoribus presentare, pro examinatione de ipsis, & eorum hœresi faciendâ.

Damnatos vero de hœresi per diœcesanum, vel eius Vicarium, seu per Inquisitores prædictos, potestas vel rector, vel eius nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus, circa eos constitutiones contra tales editas seruaturus.

Teneatur præterea potestas seu rector omnes hœreticos quos captos habuerit, cogere citra membri diminutionem & mortis periculum, tanquam vere latrones, & homicidas animarum; & fures sacramentorum Dei; & fidei Christianæ, errores suos expresse fateri, & accusare alios hœreticos quos sciunt, & bona eorum, & credentes, & receptatores, & defensores eorum, sicut coguntur fures, & latrones rerum temporalium accusare suos complices, & fateri maleficia quæ fecerunt.

Hœreticorum domus diruendæ.

Domus autem in qua repertus fuerit aliquis hœreticus, vel hœretica, sine nulla spe reedificandi funditus destruat: nisi dominus domus eos ibidem procurauerit reperiri. Et si dominus illius domus alias domus habuerit contiguas illi domui, omnes illæ domus similiter destruantur, & bona quæ fuerint inuenta in domo illa, & in domibus illis adhærentibus, publicentur, & fiant auferentium, nisi auferentes fuerint in officio constituti. Et insuper dominus domus illius, præter notam infamie perpetuæ, quam incurrat, componat communi ciuitatis, vel loci quinquaginta librarum imperialium in pecunia numerata, quam si non soluerit, in perpetuum carcerem detrudatur. Burgus autem ille in quo hœretici capti fuerint vel inuenti, componat communi ciuitatis librarum centum; & villa librarum quinquaginta, & vicinia tam burgi quam ciuitatis librarum quinquaginta imperialium, in pecunia numerata.

Quicumque vero fuerit depræchensus dare alicui hœretico, vel hœreticæ consilium vel auxilium, seu fauorem, præter aliam poenam superius & inferius prætaxatam, ex tunc ipso iure in perpetuum sit factus infamis, nec ad publica officia seu consilia, vel ad eligendos aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium admittatur; sit etiam intestabilis, vt nec testamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis successiōem accedat. Nullus præterea ei super quocumque negotio, sed ipse alij respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit, eius sententia nullam obtineat firmitatem, nec causæ alique ad eius audientiam perferantur. Si fuerit aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si tabellio, instrumenta confecta per ipsum, nullius penitus sint momenti. Credentes, quoque erroribus hœreticorum tanquam hœretici puniantur.

Teneatur insuper potestas seu rector, nomina virorum omnium, qui de hœresi fuerint infamati vel banniti, in quatuor libellis vnius tenoris facere annotari; quorum vnum commune ciuitatis vel loci habeat, & alium diœcesanus, & tertium fratres Prædicatores, & quartum fratres Minores; & ipsorum nomina ter in anno, & in concione publica solemniter faciat recitari.

Teneatur quoque potestas seu rector, filios & nepotes hœreticorum, & receptatorum, defensorum, & fautorum diligenter inuestigare, eosque ad aliquod officium publicum seu consilium nullatenusmittere in futurum.

Teneatur præterea potestas, seu rector vnum de assessoribus suis, quem elegerit diœcesanus, si fuerit præsens, & Inquisitores prædicti ab apostolica sede dati, mittere cum eis quandoque voluerint, in iurisdictione ciuitatis atque districtu, qui assessor, secundum quod prædictis Inquisitoribus visum fuerit, ibi tres aut plures boni testimonij viros, vel totam viciniam, si eis videbitur, iurare compellat, quod si quos ibidem hœreticos seuerint, vel bona eorum, vel aliquos occulta con-

A conuenticula celebrantes, seu a communi conuersatione fidelium vita & moribus defidentes vel credentes, aut defensores, seu receptatores, vel fautores hereticorum, eos dictis Inquisitoribus studeant indicare. Ipse autem potestas contra accusatos procedat secundum leges quondam Frederici tunc Imperatoris, Padua promulgatas.

Teneatur insuper potestas seu rector in destructione domorum, & condemnationibus faciendis, & in rebus inuentis vel occupatis consignandis, & diuidendis, de quibus superius dicitur, infra decem dies postquam accusatio facta fuerit, hæc omnia exequi cum effectu, & cōdemnationes omnes in pecunia numerata infra tres menses exigere, & diuidere illas sicut inferius continetur, & eos qui soluere non poterit banno maleficij supponere, & donec soluant, in carcere detinere: alioquin pro his omnibus, & singulis syndicaretur sicut inferius continetur, & insuper teneatur vnum de assessoribus suis, quemcumque diocesanus uel eius Vicarius, & dicti Inquisitores hereticorum voluerint, ad hæc peragenda fideliter assignare, & mutare pro tempore, si eis visum fuerit opportunum.

B Omnes autem condemnationes vel pœnæ, quæ occasione hæresis factæ fuerint, neque per concionem, neque per consilium, neque ad vocem populi villo modo aut ingenio, aliquo tempore valeant relaxari.

Teneatur insuper Potestas seu Rector, omnia bona hereticorum, quæ per dictos officiales fuerint occupata seu inuenta, & condemnationes pro his exactas diuidere tali modo: vna pars deueniat in comune ciuitatis vel loci: secunda in fauorem & expeditionem officij detur officialibus, qui tunc negotia ipsa peregerint: tertia ponatur in aliquo tuto loco, secundum quod dictis diocesanis, & Inquisitoribus videbitur reservanda, & expendenda per consilium eorundem in fauorem fidei, ad hereticos extirpandos, non obstante huiusmodi diuisioni statuto aliquo condito aut condendo.

C Si quis autem de cetero aliquod istorum statutorum, aut constitutionum attentauerit delere, diminueri, vel mutare sine auctoritate sedis Apostolicæ speciali, Potestas, seu Rector, qui pro tempore fuerit in illa ciuitate vel loco teneatur eum tanquam defensorem hereticorum publicum, & fautorem secundum formam præscriptam perpetuo publicè infamare, atque punire in libras quinquaginta imperiales in pecunia numerata; quam si exigere non poterit, eum maleficij banno supponat, de quo eximi non valeat, nisi soluerit duplam dictæ pecuniæ quantitatem.

Teneatur sanè potestas seu rector infra decem dies sui regiminis syndicare præcedentem proximo potestate vel rectorem, & eius etiam assessores, per tres viros catholicos, & fideles, & electos ad hoc per diocesanum si fuerit præsens, & per fratres Prædicatores, & Minores de omnibus his, quæ in statutis istis seu cōstitutionibus, & libris contra hereticos, & eorum cōplices editis, continentur, & punire ipsos si excofferint in omnibus. & singulis quæ omiserint, & cogere restituere de propria facultate, non obstante si per aliquam licentiam consilij vel alterius cuiuslibet, à syndicatione fuerint absoluti.

Iurabunt autem prædicti tres viri, bona fide syndicare præfatos de omnibus supradictis. Cæterum teneatur potestas seu rector cuiuslibet ciuitatis vel loci delere seu abraderi penitus de statutis vel capitularibus communis, quodeunque statutum conditum vel condendum inueniatur contradicere istis constitutionibus, seu statutis & legibus, siue quomodolibet obuiare: & in principio & in medio sui regiminis, hæc statuta, seu constitutiones, & leges in publica concione solemniter facere recitari, & etiam in alijs locis extra ciuitatem suam vel locum, sicut diocesanis seu Inquisitoribus, & fratribus supradictis visum fuerit expedire.

D Porro hæc omnia statuta, seu constitutiones, & leges, & si quæ alia contra hereticos, & eorum complices, tempore alioquo auctoritate sedis Apostolicæ conderentur, in quatuor voluminibus vnus tenoris debeant contineri, quorum vnum sit in statuario communis cuiuslibet ciuitatis: secundum apud diocesanum: tertium apud fratres Prædicatores: quartum apud fratres Minores; cum omni sinceritate seruentur, nè possint per falsarios in aliquo violari. Dat. Perulij Idibus Maij. Pontificatus nostri anno nono.

INNOCENTIUS III.

Præcipit obseruari leges Frederici Imperatoris, & secundum eas in hereticos animaduerti, ad quod Inquisitores magistratus compellant per censuram ecclesiasticam.

INNOCENTIUS Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs Priori prouincialibus, & fratribus Inquisitoribus hereticæ prauitatis, ordinis Prædicatorum, in Lombardia, Marchia Teruina, & Romaniola, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum aduersus hereticam prauitatem, quondam Fredericum tunc Romanorum Imperator promulgauerit quasdam leges, per quas ne peruagetur, compesci poterit pestis illa: nos illas volentes ad robur fidei, & salutem fidelium obseruari; dilectis filijs potestatibus, consilijs & communitatibus ciuitatum, aliorumque locorum Lombardia, Marchiæ Teruina, ac Romaniolæ, nostris damus litteris in mandatis, vt eas quarum tenores ipsis mittimus insertos nostris litteris, faciant singuli in eorum capitularibus annotari, contra hereticos ferre cuiuslibet secundum eas exacta diligentia processuri. Quo circa discretioni vestræ per Apostolica

Edita anno Domini 1242.

Ex Archiepiscopo Inquisitionis Bononiensis.

Alia eiusdem argumenti ponitur infra.